

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Specimen Inaugurale Academicum, Sistens Luem
Animarum Boehmisticam, ubi ostenditur, quanto cum
animarum periculo Jacobi Boehmii, Sutoris Görlizensis,
scripta planè fanatica vel amentur & legantur, ...**

Wild, Adam

Altdorfii, 1705

§. XIII

urn:nbn:de:bsz:31-105875

scriptis *Bæhmianis* reperiatur, quod absurdum nobis & rationi omni, aut etiam aliis mysteriis adversum, aut obseurum, aut impervium videatur, id si vel maximè conciliari, vel cum Scripturâ, vel cum semetipso nequeat, devotâ tamen, fide sub obsequium rationis captivata, reverentiâ adorandum sit, donec major nobis lux oboriatur; sicut & cæterâ in Scripturâ mysteria supra omnem rationem & comprehensionem sint posita: Quicquid verò scripta *Bæhmiana* complectantur, quod vel libris nostris Symbolicis, vel doctrinæ apud nos hactenus receptæ, repugnet, id rejectis eâ in re *Libris Symbolicis*, recipiendum, & sub æternæ salutis justitiae sit credendum. Alii, qui moderatores esse volunt, existimant, fuisse *Bæhmium* Lütheranæ religioni totâ mente addictum, omniaque, quæ ex eo proferuntur, quasi orthodoxæ Theologiae dissentanea, cum veritate Lutheranâ exactè conciliari posse: Ubi videatur quâdram adversum dicere vel Scripturæ, vel rationi, id partim ex ignorantia terminorum Chymicorum, partim ex ipsius rationis obscuritate provenire: Nec enim *Bæhmium* conceptus mentis sue commode ubiq; exprimere potuisse, hominem quippe rudem & literarum expertem; cæteroquin magni meritò faciendum, cum ob pietatis singularem fervorem, tûm ob desideriū reformandi religionem nostram à profanae literaturæ abusu, qui jam tûm temporis in eandem irrepserit. Quid hæc in re dicendum, credendumque sit, partim ex suprà dictis constat, partim dilucidius fiet in sequentibus, ubi diversa Theologorum de *Bæhmio* judicia unâ cum suis fundamentis sunt adducenda.

§. XIII. Prima nostrorum Theologorum sententia communior eadem est, quæ erat *Calovii ac Wagneri*, suprà recensita. Nec, veritati illam esse conformatum, ullus inficias ibit, qui vel unum *Bæhmii* librum sine affectu aut præoccupatâ mente legerit. Nec aliter sentire poterit, quisquis noluerit studior

lucem cum tenebris conciliare, & innocuas animas in variorum deliriorum periculum præcipitare. Quod, ut nemo mortaliū negare possit, sequentibus corroborabimus momentis.

Bœhmiano. §. XIV. Positio prima : Bœhmianorum scriptorum inconsum scriptorum sueta ac fatua locutiones, verba erronea & loquendi ratio, cùm sueta ac fatua locutiones, verba erronea & loquendi ratio, cùm amor præsertim pestifer accedat, tantam vim decipiendi contineat, ut eorum laqueos insensiles vix ullus effugere queat lector. Quod ipsæ testantur §. IX. recensitæ locutiones, & quæ ab Holzhusenio, aliisque ex solâ Bœhmia Aurora collecta sunt, quibus integræ addi possent plastra, si exscribere monstra liberet Bœhmiana. Excipliunt (i.) occurrere id genus paradoxæ & in aliis scriptis, quæ tamen lectionis quorundam liberrimè permittamus. Sed sciant, (a) non negari posse, & alios in multorum manib[us] hinc inde existentes libros complecti paradoxæ, quæ offendenter, si observarentur aut intelligerentur. Cùm autem plerorumque oculos aut intellectum plerumque occulte subterfugiant, nec in ullum primore intuitu discrimin adducant, aut minimū excusari, vel evitari possint, non tantâ cautelâ opus est, quanta requiritur, quando Bœhmiana præ omnibus aliis scripta fatuis, erroneisque verbis &c. alias referta, commendantur, aut leguntur. Deinde (b) probè observandum, non tam id queri : an lectiones istæ hominem eruditum & in Theologiam fundatum, in errorem inducant ? quippe qui variis contraria offensiones præsidiis munitus est, quam id : an hominem vulgarem ? Hoc unicum in quæstione est : an vel suadendum sit auditoribus, ut Bœhmii scripta legant, vel ideo permittendum, quia multa in iis bona occurrant, licet cetera eam in se ob eruditionem chymicam difficultatem habeant, ut intelligi nequeant ? adeoq[ue], dammari non debeant ? Ad hæc planè in negativam responcionem consentimus. Cujuscunque enim scriptoris locutiones innumeræ, ipso primo intuitu erroneæ, & ad errorem inducere aptæ natæ sunt,

finitimæ scriptæ
principiis r.
et præsidis bo
levandi) ab am
niti, ne dum fu
lum in errorem
feri, quando pe
us eo abruptos
aduetanquam
scripta Bœhmia
illū sibi legere, i
occidens in erro
rem & naturale
autem per accide
in errorem non i
bo instrutus pr
ile delira vim
tionem accedit
fanaticæ, insolit
ione auctoris,
passim excitavat
§. XV. Po
nfura, intricat
tant sensum, ve
solidus itaque f
dere, qui tantam
venerat. Verba
Cor. XIV. 23, se
migratrat autem
Mefend unsignific
abit / als ein J
der Sprach / n